



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 6. De Excommunicationibus in Bulla Cœnæ summo Præsuli
reservatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

rio concedere facultatem absolventi. Scio, in aliquibus Diocesisbus iure particulari sancitum esse, ne Parochi vel alij Sacerdotes à censuris absoluant, nisi specialem obtineant facultatem: proptereaque multis in locis reservatur excommunicatio maior, siue illa sit ab homine, siue à iure. *Suar. disputatio septima sect. 3. & 4. Tolet. l. 1. c. 16. n. 4. 5. & 6. Filline. tr. 11. n. 281. Reginal. l. 9. n. 12. Nauar. sum. c. 27. n. 39. Sayr. l. 5. c. 15. n. 22.*

⁵³ *Quid vir-
tutes Triden-
tini?* Ab excommunicationibus Papæ reservatis virtute Tridentini *ses. 24. c. 6.* potest Episcopus absolvere in foro conscientiae per se, aut per vicarium ad hoc specialiter deputatum: modo delictum, ob quod excommunicatio fuit contracta, sit occultum, id est, non publicum, aut famosum in ratione delicti, quamvis testibus probari possit, nec ad forum contentiosum sit deductum. Imò ab excommunicatione publica, & alia quacumque Papæ reservata licet ac valide absoluit Episcopus, quando excommunicatus laborat longa ægitudine etiam non periculosa, aut senectute grauat, aut paupertate, vel simili impedimento premitur, quod iuxta prudentis arbitrium, legitimum videatur vel quando delinquens est femina, vel impubes. Quia in his casibus non presumitur Pontifex cum tanto incommodo sibi absolutionem reservare. *Henr. l. 4. c. 2. n. 4. Reginal. l. 9. n. 2. Nauar. c. 27. n. 90. Sanch. de matr. l. 8. d. 34. n. 55. & Decal. l. 2. c. 11. n. 19. Addit Auila de cens. p. 2. capit. 7. d. 1. dub. 6.* ab hac excommunicatione publica Papæ reservata posse Episcopum absolvere in præfatis casibus, etiam si valeat adiri legatus, vel alius habens absolventi priuilegium.

⁴⁵ *Archiepiscopus non ab-
soluit Episcoporum suarum
Prouinciarum subditos.* Non potest Archiepiscopus absolvere ab excommunicatione, vel aliis censuris subditos Episcoporum suarum Prouinciarum: sed tantum suarum Diocesis. Quia non habet in eos iurisdictionem. Excipiuntur tamē aliqui casus. Vel quando visitat Diocesim. *Ve. Venerabilis, §. 1. de sent. excom. in 6. Sanchez libro secundo Decalog. cap. 11. num. 6. Henriquez l. 13. cap. 14. Suar. to. 5. d. 7. sect. 2.*

⁵⁵ *Quicunque in mortis articulo ab-
soluit Sacerdos potest.* In mortis articulo ab excommunicationibus quantumcumque reservatis potest absoruere simplex Sacerdos, etiam degradatus, excommunicatus, irregularis, hæreticus, etiam in præsentia superioris, vel alterius Confessarii approbati. Quia Tridentinum *ses. 14. c. 7.* asserit omnes Sacerdotes posse in mortis articulo absolvere: & ubi ius non distinguere debemus. *Sa v. Absolutio. Manu. p. 1. sum. c. 59. conclus. 3. Suar. d. 7. sect. 7. n. 3. Bonac. d. 1. q. 3. pun. 3. nu. 11. Sanch. l. 2. Decal. c. 13. n. 17. Coninch. d. 14. dub. 16. n. 241. Reginal. l. 9. n. 9.*

⁵⁶ *E quis nā
censuris pos-
sit quisquā
in mortis
articulo ab-
soluere.* Porro censura, à quibus Sacerdos quilibet in mortis articulo potest absolvere solummodo sunt ea, quæ Sacramentis ab egro recipiendis, & Ecclesiasticæ sepulture obstant: non autem Irregularitas, suspensio ab Ordine, Officio, vel beneficio. *Zambran. de casib. in art. mort. c. 4. dub. 4. numer. 17.*



CAPVT VI.

De Excommunicationibus in
Bulla Cæna summo Præ-
li reservatis.

⁵⁷ *Excommu-
nicatio pri-
ma contra
hæreticos.* Primo excommunicantur hæretici cuiusvis sectæ. Eorū credētes, eorū fautores, & eorū receptatores, generaliter quilibet eorū defectores. Et qui hæreticorū libros hæresim cōtinētes, vel de Religione tractantes, sine Sedis Apostolicæ autoritate scienter legunt, retinent imprimūt, seu quomodolibet defendunt. Et Schismatici ei, iique, qui se à Romano Pontifice pro tēpore existente pertinaciter subtrahūt, & recedunt. Profecto hæretici in hac clausula contenti sunt, qui pertinaciter aliquid Catholicæ fidei contrarium credunt, vel de eo pertinaciter dubitant. Si vero assensus vel dubitatio hæc manifesto non declaratur signo, huic excommunicationi non subiacer. Hæreticorum credentes sunt, qui eorum erroribus siue in particulari siue in communi signo aliquo manifesto assentiuntur. Ille vero eorum est receptor, qui animo occultandi hæreticum recipit, ne à ludice capiatur, neve delicti pœnas luat. Defensor eorum est, qui eos quatenus tales sunt, vel errores defendit. Vnde fit, hæreticum sua in perfidia perdurare. Schismatici demum sunt qui se à Romani Præfatis obedientia subtrahūt. *Tolet. l. 1. c. 18. a. n. 4. Sayr. l. 3. thes. c. 4. n. 13. & 21. Azor. tr. 1. l. 3. c. 10. q. 3. Palud. in 4. dist. 13. q. 3. a. 1. concl. 7. Bonac. tom. 3. d. 1. questio. 2. punct. 4. Palao de censur. dub. 3. punct. 2. à numer. 1.*

⁵⁸ *Secunda pri-
ma appellatio
ad summum
Concilium.* Secundò excommunicantur appellantes ad futurum Concilium ab ordinationibus semihadatis summi Præfatis: nec non ij, quorum auxilio, vel fauore fuerit appellatum. Vniuersitates vero, ac Collegia, & Capitula, quocumque nomine nuncupentur interdicuntur. Debet autem appellatio esse à mandatis, & sententiis summi Pontificis, quatenus talis est. Appellantes ad Concilium generale præfens, vel Prouinciale futurum non videntur hac excommunicatione ligari. Cum autē excommunicatur, qui appellantibus auxilium, vel fauorem præstant, consulentes non comprehenduntur. Quia quoties vult Pontifex consulentes comprehendere, illos exprimit, ut in aliquibus huius Bullæ clausulis apparebit. Approbantes denique appellationem eadem ratione huic excommunicationi non subiacer. *Vgolin. de censur. reser. p. 2. c. 1. Duard. l. 2. in can. 2. q. 7. n. 6. Bonac. d. 1. questio. 3. punct. 2. numer. 2. Sayr. libr. 3. thes. cap. 6. num. 4. Nauar. sum. cap. 27. num. 58.*

⁵⁹ *Tertia pri-
ma appellatio.* Tertid, fertur excommunicatio contra piratas eorumque receptatores ac fautores. Piratas inquam, seu cursarios. aut mari latrunculos discurrentes per mare Pontificium præcipue à monte Argentario vsque ad Terracinas. Verū de prædatio ex maritimo discursu contingens,

Secl. I. De Excommunic. Sent Recept. 193

ut Bullæ excommunicationi subiaceat, debet esse fidelibus, & Catholicis irrogata: non vero infidelibus, & hæreticis. Quia credendum non est Pontificem voluisse Ecclesiæ hostes sua excommunicatione protegere. Remigantes in pyratum navibus per se excommunicationi subiiciuntur, nisi ob grave periculum excusentur. Sayr. libro tertio Theſ. capite septimo sine. Suar. disputatione vigesima prima sectione secunda num. 21. Bibald. hic, nu. 10. Reginal. l. 9. num. 170.

60 *Quarta contra bona naufragantium.* Quartò fertur excommunicatio contra naufragium bona furtipientes. Materia censuræ huius est surreptio peccaminosa, hoc est, animo retinendi seu consumendi prædicta bona. Nomine autem surreptionis qualibet iniusta surreptio suæ clâdestinitate, siue manifesta impetrat & villata comprehenditur. Nec sufficit surreptionem hanc peccatum mortale constituit, ut sufficere ad Censuram incurrandam videatur. Quia excommunicatio poena quidem gravissima ob furtum rei non vulgaris imponitur. Debet præterea esse surreptio in mari, aut in eius littore contingens. Et bona furtipienda iactata debent esse in mari vel in littore, & intentione ea recuperandi. Item debent esse Catholicorum bona. Personæ verò, in quas excommunicatio fertur sunt omnes, ac singuli cuiuscumque qualitatis existant, præfatam surreptionem perpetrantes. Derogat demum Pontifex qualibet privilegia, ac consuetudines in contrarium. Caiet. verb. Excommunicatio, caput. 23. Nauar. capite vigesimo septimo numer. 118. Sayr. libro tertio Theſ. capite octavo numero quarto Bonacin. d. 1. questione quinta punct. 4. Palao de Censur. disputation. 3. puncto quinto à numero primo.

61 *Quinta contra manus peccatorum.* Quintò fertur aduersus imponentes, auctores, & exigentes noua pedagagia, seu gabellas in terris. Quæ quidem excommunicatio solum ad ipsos, & incurrat ob impositionem pedagij seu gabellæ. Pedagium, quod à pede dicitur, est tributum impositum ob transitum personæ seu mercium per aliquem locum. Gloſ. ad Cap. Super quibusdam, verb. Pedagagia. Gabella autem strictè ac propriè sumpta significat tributum, quod pro delatione, translatione, venditione, seu emptione mercium soluitur. Vnde excommunicatio hæc non extenditur ad imponentes taxas, talia, præstantia, collectas, & alia similia. Quia hæc non sunt pedagagia, nec gabellæ propriè acceptæ. Hæc impositio faciendâ est à Gubernatore seu Domino in terris suis, idest, in terris, quarum ipse dominium, & potestatem habet. Præterea debet esse gabellæ nouæ impositio seu accretio extra casus à iure permisos, ex Sedis Apostolicæ licentia. Si vero quis ea tributa iniusta exigat, etiam huic excommunicationi subiicitur. Sayr. libro tertio Theſ. capite nono numero quarto Caiet. verb. Excommunicatio, capite septuagesimo primo. Hugol. hic, & aragrapho tertio Bonac. disputatione prima questione 6. puncto tertio numero primo Graf par. 1. libr. 4. capit. 18. num. 79. Filliuc. tr. 16. num. 14.

62 *Sexta contra falsificationem litterarum Apostolicarum.* Sextò excommunicantur litteras Apostolicas falsificantes. Falsarij autem litterarum sunt, qui aliquid tollunt, vel addunt, ex quo sensus mutetur, nam verborum mutatio, sensu reten-

to, falsitatem non inducit. Nec videtur falsarius, qui iuxta Pontificis intentionem, eius corripit litteras. Personæ verò, quæ huic excommunicationi subiiciuntur, sunt, quæ per se falsitatem omittunt. Mandans enim, consulens, approbans falsitatem hac censura non comprehenditur. Nauar. summ. capite vigesimo septimo numero septuagesimo secundo Sayr. libro tertio capite decimo numero undecimo Bonacin. disputatione prima questione septima puncto primo numero quarto. Suar. d. 1. section. 2. numer. 47.

63 *Septima contra ferentes arma infidelibus.* Septimò, excommunicatione feriuntur deferentes arma, & alia instrumenta vlti bellico idonea, ad infideles. Triplex actio prohibetur. Primâ deferre equos, arma, &c. infidelibus. Secunda, eos certiores facere de Reipublicæ Christianæ statu. Tertia, auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet illis præstare. Ut quis hac censura feratur, debet per se ipsum præfatas res prohibitas transferre. Si autem de vno loco infidelium ad alium similem hæc deferat huic excommunicationi non subiicitur, nisi inde graue damnum Christianis, proueniat. Princeps Catholicus infideles in sui auxilium conuocans aduersus alium Catholicum Principem illique arma subministrans, hac censura non ligatur, si bellum sit iustum. Non vero Catholico Principi licebit, infidelibus arma subministrare, ne alius Princeps Catholicus superior existat. Potest autem quis ob materię leuitatem ab hac censura excusari. Quia leve damnum ex traditione vnus pugionis (v. gr.) ensis, arcus, & similia hand graue Christianicollæ damnum infertur. Palao de Censur. dub. 3. punct. 8. à numero primo Sayr. libro tertio cap. 11. num. 27. Nauar. capite 16. numero sexagesimo tertio. Duard. can. 7. q. 19. Bonac. d. 1. q. 8. punct. 2. à num. 1.

64 *Octaua contra impedientem.* Octauò, excommunicatio fertur aduersus impedientes, ne Romanæ Curie victualia, aliaque necessaria deferantur. Personæ aduersus quas fulminatur, sunt omnes, & singuli cuiuscunque dignitatis etiam Imperialis & Regalis, qui victualia, seu alia necessaria Romanæ Curie impediunt, illorumque defensores siue per se siue per alios. Materia est, impedire siue dolo & fraude, siue per vim, ne victualia ad Romanam Curiam deferantur, deferentesque prohibere, ac perturbare, ne deferant: necnon eos, qui hæc facientes per se vel per alios defendunt. Nomine autem victualium intelliguntur, quæ ad esum, potum, ac vestitum deferuntur. leg. Victus, & leg. Catera, de verb. Signif. Sub iis vero, quæ necessaria sunt ad Curiam Romanam, omnia illa veniunt, quæ curialibus tum ad habitandum, tum ad negotia, & munera peragenda, tum ad honestam eorum recreationem possunt deferri. Verum non ob quorūlibet victualium impedimentum quis hac censura illigatur, sed debet gravis quantitas. Denique hæc excommunicatio solum ad impedientes, & ad eorum defensores extenditur. Sayr. libro tertio capite 12. à numero secundo Reginal. libro nono c. 19. à num. 307. Filliuc. tractatu decimo sexto numer. 155. Duard. libro secundo questione decima numero tertio Bonacin. disputat. 1. questione nono punct. 1. numer. 15.

Nonò

63
Septima
contra fe-
rentes ad
infideles
arma

64
Octaua con-
tra impedi-
entem, ne
Vrbis
victualia
deporten-
tur.

65 Nond, excommunicatio indicitur aduersus eos, qui offendunt accedentes ad Romanam Sedem, vel ab ea recedentes, vel in Curia commorantes. Vnde comprehenduntur primò in ad Romanam accedentes, vel ab ea recedentes, qui detinentes sua vel aliorum opera aliquem, qui ad Sedem Apostolicam veniret, vel ab ea recederet. Secundo, qui autoritate usurpata aliquam ex his actionibus perpetraret aduersus aliquem in eadem Curia commorantem. Dicitur autem accedere ad Sedem Apostolicam, si causa alicuius negotij ad eam pertinentis quis deueniat, verbi gratia, gratia alicuius litis, cuius decisio à Pontifice, vel eius officialibus sit gerenda. Vel adueniat causa soluendi Pontifici tributum, decimas, vel alicuius beneficij, privilegi, gratia, vel dispensationis imperandae. Secus vero, si ob aliam causam illud accedat, aut commoretur. Quia verba legis formaliter, & in rigore sunt accipiendi ac proinde de accessu ad Sedem Apostolicam, quatenus talis est, intelligi debet. Hugol. hic, c. 9. Filliuc. tr. 16. n. 164. Bonac. d. 1. q. 10. pun. 1. n. 3. Duard. can. 4. Suar. d. 21. sect. 2. nu. 66. Sayr. d. 3. Thef. c. 13. nu. 3. Nauar. sum. c. 17. n. 63. Tol. l. 1. c. 26. n. 3. Caiet. v. Excommunicatio, c. 14.

66 Decima contra offendentes Romipetas.

Decimò fertur excommunicatio aduersum offendentes Romipetas, & peregrinos accedentes ad Urbem, vel in ea morantes, aut ab ea recedentes. Personae, in quas censura praescribitur, sunt omnes, & singuli fideles, cuiuscumque conditionis, ac dignitatis existant, qui Romipetas, & peregrinos diuexauerint. Dictio namque Omnes neminem excludit. leg. Textoribus, & leg. Iulianus, ff. de legat. Excipe Regem, & Imperatorem, qui ex recepta consuetudine excepti censentur, dum non exprimuntur. Actiones vero ob quas fertur, sunt interfectio, mutilatio, vulneratio Romipetarum, siue peregrinorum. Non enim ob quamlibet laesionem, neque ob quodlibet furtum, & iniustitiam haec Censura incurritur. Peregrinatio debet esse ad Urbem, siue in ea Pontifex existat, siue non. Qui verò inchoato itinere, ad Urbem, & domum reuersus est occasione aliquid accipiendi pro itinere, huius Canonis protectione gaudet. Extenditur haec excommunicatio ad auxilium, consilium, vel fauorem exhibentes. Caiet. v. Excommunicatio, cap. 13. Sayr. lib. 3. Thef. cap. 14. n. 6. Filliuc. tr. 16. num. 120. Duard. hic lib. 2. can. 10. qu. 4. Alteri. d. 31. cap. 2. Bonac. d. 1. q. 11. pun. 3. num. 2.

67 Vndecima contra eos, qui Cardinales, vel alios Praelatos offendunt.

Vndecimo, excommunicatione percipiuntur, qui Cardinales, vel alios Praelatos offendunt. Actiones, ob quas statuitur, sunt, interficere, mutilare, vulnerare, percutere, capere, carcerare, detinere, vel hostiliter insequi Romanam Ecclesiam Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedis Apostolicae Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis Diocesis, territorijs, seu dominijs eiicere: nec non mandantes, seu ratas habentes huiusmodi actiones, seu praestantes auxilium, consilium, vel fauorem. Personae vero, quae his actionibus debent offendi, sunt, Primò Cardinales, Sanctae Romae Ecclesiae, qui sic dicuntur ex quo electi sunt à summo Praefule, & electionem acceptarunt, tametsi Capellum nondum obtinuerint. Deinde Patriarchae, idest summi Patres, inter Epi-

scopos primum locum tenentes. Tertio, Archiepiscopi, idest, Episcopi Metropolitani pluribus Episcopis praesidentes, sic nuncupati post Palij receptionem. Cap. Transmissa, de elect. Cap. Nisi specialis, de authorit. & usu pallij. Quarto, Episcopi vnius Ciuitatis, vel Diocesis. Extenditur haec censura ad mandantes, consulentes, ac fauores offensoribus. Debet autem offensio cum effectu sub sequi ex vi mandati, consilij, vel fauoris: alias non reputabuntur offensionis causa. Vinal. hic, numer. 89. Hugol. §. 1. n. 1. Sayr. l. 3. Thef. cap. 15. n. 9. Bonac. d. 1. q. 11. pun. 3. n. 8. & 9.

68 Duodecimò, excommunicatione afficiuntur, qui offendunt ad Curiam Romanam pro suis negotijs recurrentes. Actiones, ob quas haec excommunicatio fertur, sunt occisio, percussio ac bonorum spoliatio. Debet autem fieri percussio occisio, vel spoliatio occasione casuarum, vel negotiorum. Personae, in quas praefata actiones, vel aliqua illarum praestantur, sunt, vt excommunicatio vigeat, sunt omnes ad Romanam Curiam recurrentes negotiorum causa. Prosequentes in eadem Curia negotia incepta. Eorum Procuratores, Aduocati, gestores, & quicumque alij siue mandato accepto, siue non, procurant negotiorum ad Romanam Curiam recurrentis expeditionem. Vt vero personae eiusmodi haec excommunicatione protegentur, debent ad Curiam Romanam causa alicuius negotij in ea expediendi recurrere. Extendit Pontifex Censuram ad eos, qui auxilium, vel fauorem in hac offensione praestant. Debet autem offensio cum effectu subsequi. Nec ob ratihibitionem offensionis haec excommunicatio contrahitur. Neque ex eo, quod praedicta delicta quis non impedit, cum facile possit. Quia textus de concursu physico, ac reali loquitur non de morali, nisi per mandatum, & consilium, qui verò non impedit, cum possit offensionem, moraliter tantum ad illam concurrere. Caiet. verb. Excommunicatio, cap. 15. Sayr. lib. 3. Thef. cap. 16. nu. 2. Filliuc. tr. 16. numer. 172. Alteri. d. 13. cap. 1. Bonac. d. 1. q. 13. pun. 1. n. 1.

69 Decimotertio, excommunicantur appellantes à grauiamine, & executione litterarum Apostolicarum ad potestatem laicam: & impediētes accedentem ad Curiam Romanam pro appellatis negotijs, & gratiarum expeditione. In prima ad laicam parte excommunicantur, qui fideiulam appellatorem praetextantes ad Curiam secularem, executionem laicamque potestatem recurrunt. In secunda litterarum parte excommunicatione feriuntur primò impediētes, siue prohibentes litterarum Apostolicarum executionem, siue impediunt, ac prohibeant absolute, siue abique eorum consensu. Secundo, impediētes, & prohibentes, ne Tabelliones, & Notarij super huiusmodi litterarum, & processuum executione instrumenta vel acta conficiant: aut confecta parti, cuius interest, tradant. Tertio, omnes illi, qui capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, eiiciunt de Ciuitatibus, locis, & Regnis, spoliant bonis, perterrefaciunt, & comminantur per se vel alium publice vel occulte habentes, seu impetrantes praefatas litteras, eorum agentes, consanguineos, affines, familiares executores, subexecutores litterarum, citationum, monitoriorum,

Seet. I. De Excomm. Recept. Sentent. 195

riorum, & aliorum prædictorum. Porro actiones, quæ in hac parte sub excommunicatione prohibentur, fieri debent occasione impediendi litterarum Apostolicarum executionem. Nō vero excommunicantur, qui litteras has non exequentur, cum possint. Quia aliud est impedire, vel prohibere litterarum executionem, aliud eam non exequi: excommunicatio autem lata est aduersus impediētes, vel prohibētes, non vero aduersus non exequentes executionem. Si detineantur litteræ, quæ præsumuntur subreptitiæ, eo tantum fine, ut Pontifex informetur, non videtur esse huic censuræ locus. Neque si Princeps velit examinare, an litteræ Legati Pontificis veræ sint, dummodo ex prædicto examine nullam moram executionis passa sit. Quia textus solum prohibentes & impediētes executionem, non vero litterarum examinatores excommunicationi subicit. Neque hac excommunicatione ligantur tentantes impedire litterarum executionem, si de facto executio impedita non est. Tertia denique pars huius canonis excommunicat eos, qui per se, vel per alios publice vel occulte, aut quouis alio modo directe vel indirecte, in genere, vel specie, prohibere, statuere, seu mandare quibuscumque personis, ne pro quibuscumque eorum negotiis prosequendis, seu gratis, vel litteris impetrandis, ad Romanam Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas à dicta Sede impetrent, aut impetratis utantur, præsumperint. Non est autem censendus Episcopus impedire litterarum executionem ex eo quod velit agnoscere, an veræ sint, vel subreptitiæ, maxime cum aliqua subest subreptionis suspicio, qua stare, denegare executionem potest, quovisque Pontifex informetur, & de veritate constet. Quia tunc non ex præsumptione, siue malitiose, sed iuste impedit litterarum vltim. Bonac. d. 1. q. 14. p. 1. n. 2. Palao de Censur. d. 3. p. 1. n. 1. 4. n. 1. Reginal. lib. 9. a. m. 3. 14. Alteri. d. 14. c. 2. d. 3. Duard. l. 2. can. 13. q. 9. num. 10.

Decimoquarto, Censura fertur aduersus eos, qui causas à Iudicibus Ecclesiasticis auocant, vel earum cursum, executionemque litterarum Apostolicarum impediunt. Personæ ergo aduersus quas hæc excommunicatio fertur, sūt omnes, ac singuli, qui proprie auctoritate, & de facto actiones ibidem prohibitas exercent, vel ad eas exercendas auxiliū, consiliū, vel fauorē præstiterint, etiā si talia perpetrantes fuerint Præsidentes Cancellariū, Conciliorū, Parlamentorum, Cancellarij, Vicecancellarij, vel extraordinarij quorumcumque Principum secularium etiā Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præflegeant dignitate: aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates Commendarij, seu Vicarij fuerint. Nota verba, *Propria auctoritate, & de facto*. Nam si ex concessione iuris, vel summi Præsulis concessione hæc præstentur, excommunicatio cessat. Actiones autem ob quas excommunicatio hæc iniungitur, variae sunt. Prima est auocare propria auctoritate, & de facto quorumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolicarum prætextu causas spirituales, & spiritualibus annexas ab Auditoribus, & Commissariis Sedis Apostolicæ, aliisque Iudicibus Ecclesia-

sticis. Censetur autem quis ab aliis Iudicibus auocare, si apud ipsos pendentes ad se trahi faciat, cum citando partes, ut coram se compareant, causamque prosequantur: tum inhibendo Iudices, coram quibus causæ agitantur, ne vltius procedant: tum inhibendo partes, ne ibidem amplius litigent. *Cap. Et nostrum de appellat.* Secunda actio est, impedire earundem causarum cursum, & audientiam, ac personas, Capitula, Connētus, Collegia causas ipsas prosequi volentes. Tertia est, in cognitione causarum spiritualium se tanquam Iudicem interponere. Quarta est, compellere partes actrices, quæ committi fecerunt huiusmodi causas, ad reuocandum vel reuocare faciendum orationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas. Quinta, compellere per statutum, vel alias easdem partes, ad faciendum, vel consentiendum eos, contra quos tales prohibitiones emanarunt, à Censuris, & pœnis in illis contentis absolui. Sexta, impedire quomodolibet executionem litterarum Apostolicarum, executorialium, processuum, & decretorum prædictorum. Septima (qua his actionibus accessoria est) præstare consilium, auxilium, vel fauorem ad aliquam ex his actionibus parandam. Ob has igitur actiones, & ob quamlibet illarum excommunicatio incurritur, siue quis per se, siue per alium gerat. A qua nullo modo excusat (inquit Pontifex) prætextus violentiæ prohibendæ, nec aliarum prætensionum, exemptionum, gratiarum, litterarum Apostolicarum, seu futurarum supplicationum ad Sedem Apostolicam, nisi supplicationes huiusmodi legitime prosequantur. Certe hæ actiones præstandæ sunt publica auctoritate, ut locus sit excommunicationi. Nec est opus, ut præstentur prætextu exemptionum, vel aliarum gratiarum Sedis Apostolicæ. Num autem aliquot dentur excusationes, ob quas Iudex secularis absque culpa, & excommunicationis pœna auocare possit causas à Iudicibus Ecclesiasticis, earumque cursum, & audientiam impedire, *est. 2. discutiemus. Sayr. l. 1. Thec. 18. n. 5. Suar. d. 2. i. sect. 2. n. 7. Reginal. libr. 9. numer. 3. 15. Bonacin. dub. 1. quæstion. 1. p. 1. n. 1. numer. 4. & 19. Duard. lib. 2. can. 14. q. 3. num. 1.*

Decimo quinto, expeditur excommunicatio contra trahentes, vel procurantes trahi personas Ecclesiasticas ad seculare tribunal: & aduersus condentes statuta libertati Ecclesiasticæ præiudicantia, eisque videntes. Vnde in priori Canonis parte ij tantum excommunicantur, qui ex officio, seu ob alicuius instantiam personas Ecclesiasticas ad suum tribunal trahunt, vel trahi procurant præter iuris Canonici dispositionem. Hi, qui trahunt, siue sint laici, siue Ecclesiastici hac censura afficiuntur, modo nō ut Ecclesiastici, sed ut seculares, & potestate seculari gaudentes Ecclesiasticas personas trahant. Parum enim refert, quis sit, qui trahit, sed qua trahit potestate. Lædunt autem libertatem trahendo vel trahi faciendo, seu procurando, cū effectu personas Ecclesiasticas ad suū seculare tribunal. Quod tunc contingit, quando nolentem, & inuoluntarium saltem mixte adducunt. Nomine Ecclesiasticarum personarum intelliguntur, qui fori privilegio gaudent. Secunda vero pars excommunicat facientes, ordinantes, &

LIBRARY
M. C. R.
I. V. II.
V.

& publicantes statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quavis alia decreta in genere, vel in specie libertati Ecclesiasticae praedictantia. Item eis decretis factis, seu ordinatis utentes, ex quorum usu libertas Ecclesiastica, vel ius Sedis Apostolicae, vel alterius Ecclesiae praedictatur. Quae autem sint statuta libertati Ecclesiasticae, & Ecclesiarum iuribus praedictantia, Volumine decimo, Deo auspice, exponam Caiet. *o. Excommunicatio*, c. 29. Hugolin. *prof. §. 1. Duard. hic, §. 1. 8. n. 6. Bonac. d. 1. q. 16. sect. 1. p. 5. n. 3. Suar. d. 21. sect. 2. n. 7. 8. Sayr. l. 3. c. 19. n. 6.*

71 Decima sextima, Censura vulnerantur impedi-
dientes, ne Praelati Ecclesiastici sua iurisdictione
ne vtantur. Vbi duplicem actionem praecipuam
hac excommunicatio respicit. Prima est, impedi-
re, ne Ordinarii sua vtantur iurisdictione. Se-
cunda, recurrere ad saeculare tribunal pro illius
iurisdictionis usus reuocatione. Impedire, ne
Ordinarii sua iurisdictione vtantur, huic ex-
communicationi subiicitur, admodum auctoritate
publica impedimentum praestetur, & impedimen-
tum sit usus Ecclesiasticae iurisdictionis, & iurisdic-
tio competet Ordinario secundum Sacros Canones
existat. Excommunicantur praeterea recurrentes
ad saeculare tribunal pro reuocatione senten-
tiarum Iudicis Ordinarii Ecclesiastici. Hac vero
excommunicatione non punitur recursus pro im-
pediendi confirmatione alicuius sententiae,
quam Ecclesiasticus Iudex a saeculari tribunali
expostulat. Quia hoc recursus non impeditur iurisdic-
tione Ecclesiastica, sed solus legalis illius con-
firmatio: at Canon non punit impedimentum
praestitum legali confirmationi iurisdictionis
Ecclesiasticae, sed illius usus. Excommunicantur
demum Iudices inhibitiones decernentes, & exe-
quentes, & consilium patrociniū, ac fauorē praes-
tantes. Sayr. l. 3. c. 10. n. 5. Fillard. 16. n. 185. Duard.
can. 16. q. 6. n. 4. Bonac. d. 1. q. 17. p. 1. n. 30.

73 Decima septima, excommunicatione percu-
tiuntur usurpatores, & sequestratores sine le-
gitima superiorum licentia reddituum, fructuum, &
proventuum ad Pontificē, sedemque Apostolicā,
vel alias personas Ecclesiasticas pertinentium.
Materia huius excommunicationis iniustitia,
& sacrilegium proculdubio continet. Personae,
in quas censura fertur, sunt omnes, cuiusque
sexus & conditionis existant, qui praefata bona
usurpauerint, vel sine legitima licentia seque-
strauerint potestatis laicae praetextu. Vt igitur
hae personae in huius Canonis censuram in-
currant, debent bona ibidem expressa usurpare,
vel sine legitima facultate sequestrare. Is
autem proprie dicitur, aliena usurpare bona,
qui ea tanquam propria, & vt sibi debita assu-
mit, etsi sciat, ad alium pertinere. Quare si ea
bona non tanquam propria, seu sibi debita
quis acciperet, sed vt aliena, vt faciunt fures,
in hanc excommunicationem non incideret.
Quia esto, aliena, inuito domino, accipiat,
non tamen usurpat. Profecto plures casus re-
feruntur a Doctoribus, in quibus de iure se-
questrum est permittit, vt videre est in *Glossa l. 1. c. d. prohibita sequestr. pecu. & in Gloss. fin. ad c. 2. de sequestr. posses. & in Abbate ibid. a. n. 7. Graf. Lop. leg. 1. tit. 9. p. 3. Lancelo, de attentat. p. 2. c. 11. limit. 12.* Frequentiores sunt, cum beneficium
vacat, quia tunc sequestrantur fructus, cum

Plures ca-
sus, in qui-
bus seque-
strum est ai-
re permittit.

appositione aconomi iuxta Cap. Cum vos, de
offic. Ordin. leg. Regia 1. tit. 1. part. 1. Secun-
do quando possessio beneficii est attetata, vt
potē capta, lite pendente statim ante senten-
tiam, conceditur sequestrum. Gonzal. in reg. 8.
Cancel. §. 7. proe. numer. 37. Tertiū, cum adest
probabilis timor, fructus dilapidandos esse, vel
non esse commodē recuperandos. Cap. 2. &
fin. de sequestr. possession. & fruct. Quarto, cum
adest lis inter prouitum a Sede Apostolica &
Ordinario, iuxta constitutionem Pij V. quae in-
cipit, *Cordi nobis est*, datam 3. Kalend. April. an.
no 1568. Quinto, ad coecidendum alicuius cō-
tumaciam. Cap. 2. de dolo, & contum. Tandem
quoties Iudici visum fuerit, iustam adesse cau-
sam, sequestrum apponendi. Bartol. in leg. Impu-
ratores, §. fin. num. 3. ff. de appellat. Lancelo
tit. 149. Verum nomine bonorum, quae
sequestrari debent, intelliguntur iurisdictiones
tam Ecclesiasticae, quam temporales, fructus,
redditus, vel proventus. Fructus vero usur-
patus debet competere personae, cui usurpatur,
ratione Ecclesiae, seu Ecclesiastici beneficii.
Comprehenditur usurpatio bonorum benefi-
cij vacantis. Non vero pecunia ex fructibus be-
neficii redditibus acquisita, neque usurpatio fructuum
beneficii conductori facta Hugolin. *hic, c. 17. §. 1.*
Soufa *cap. 8. d. 90. Duard. d. 2. can. 17. q. 13. Reginal. lib. 9. n. 172. Bonac. d. 1. q. 18. p. 1. n. 1. Palao de censur. disputation. 3. punct. 18. a. nu-
mer. 1.*

Decimo octauo, excommunicatione affici-
tur imponentes decimas, collectas, & alia onera
personis Ecclesiasticis. Triplicem partē hic
Canon continet. In prima Pontifex Censuram
subiicit quoscunque quavis auctoritate, etiam
Regali, vel Potesticali fulgentes, qui personis Ec-
clesiasticis, Ecclesiis, Monasteriis, & alio-
rum beneficiorum bonis illorumque fructibus,
redditis, vel proventibus, abique eius spe-
ciali, & expressa licentia, collectas, decimas, ci-
talas, praestantias, & alia onera imponunt, &
diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic
imposita etiam a sponte dantibus, ac conceden-
tibus recipiunt. Verum vt huic excommunica-
tioni sit locus, debent exigi, ac percipi tributa
imposita laicae potestatis praetextu. Impones
autem tributa realia, quaecumque sint extra
casus a iure cōcessos, excommunicationi subi-
ciuntur. Si vero imponat personale tributum, non
videtur improbabile, sub hoc canone non
comprehendi. Attamen ad Censuram incur-
rendam, requiritur, non solū tributi impositio,
sed & illius exactio. Quomodo cumque au-
tem a Clericis haec tributa exigantur, est
huic Censurae locus. Item excommunicantur,
qui tributum recipiunt etiam a sponte danti-
bus. Exigere verō tributum ab Ecclesiasticis,
quod non ipsis, sed laicis est impositum, hac
censura non punitur. Tributum sane impositū,
& exactum a persona Ecclesiastica, etiam exi-
guū sit, huic excommunicationi subiicitur. Por-
ro in secunda parte excommunicantur, qui per
se, vel per alios imponunt, exigunt, vel recipiunt
tributum. Et qui praedicta procurant, in eisque
auxiliū, consilium, vel fauorem praestant. Inter-
tia demum innouantur decreta super his a Sacris
Canonibus lata. Filliuc. *rr. 16. n. 300. Barbosa in
dist. dict. 17. Syluest. verb. Gabel. lib. 4. prin-
cip. Duard.*

Secl. I. De Excomm. Recept Sentent. 197

Duad. l. 2. can. 18. g. 2. à nu. 12. Bonac. d. 1. g. 19. pun. 1. n. 2. Palao de censur. d. 1. pun. 19. à n. 1.

75
Decima nona contra Iudices. scilicet calures, qui in causis criminalibus Clericorum se interponunt.

Decimo nono, præscribitur censura aduersus Iudices seculares, qui in causis capitalibus, seu criminalibus clericorum se interponunt. Personæ, quæ comprehenduntur, sunt omnes infra Regem, & Imperatorem, quocumque nomine nuncupentur, qui actiones hoc Canone prohibitas ausi fuerint perpetrare. Exprimuntur Magistratus, & Iudices, sub quibus nominibus veniunt Gubernatores Ciuitatum, vel Prouinciæ, Proreges, Consiliarij, Senatores, Cancellarij, Vice-cancellarij, &c. Secundo Notarij, quibus competit, acta iudicij, & publica instrumenta conficere. Tertiò Scribæ, qui acta iudicij, citationes, dilationes, exceptiones, testium depositiones, appellationes, sententijs scribunt. Quartò executores, qui sententijs, ac mandata Iudicum exequuntur. Quintò subexecutores, quorū opera executores vtiuntur in sententijs, ac mandatorū Iudicialiū executione. Hi omnes, & singuli, si præter iuris ordinem, & speciale, expressamque summi Præsulis licentiam se intromiserint in causis capitalibus, seu criminalibus personarū Ecclesiasticarum, hac excommunicatione innodantur. Actiones autem Iudicibus, Magistratibus, Notarijs & Interdictæ in hoc Canone sunt primò, processare Ecclesiasticas personas, hoc est, earum crimina inquirere, & iudicialiter inuestigare. Nam eo ipso quo hæc inquisitio, & iudicialis inuestigatio scripto mandetur, persona processata est, quamuis processus completus non sit, nec causa substantiata, adestque quidquid ad hanc censuram requiritur. Non vero comprehenduntur, qui suo consilio, vel fauore personam Ecclesiasticam processam banniant, capiunt, seu sententiam executioni mandant. Quia non propriè, ac formaliter processant, banniant, capiunt, &c. sed consulunt & adiuant ad processum, bannum, seu capturam. Cum igitur Pontifex inquit, se excommunicare Iudicem quomodolibet processantem, intelligi debet de modo, quo processus confici potest, non de modo, qui extra processum fit. Actiones vero Iudicibus, Magistratibus &c. interdictæ sunt prima, processare Ecclesiasticas personas, hoc est, eorum crimina inquirere, ac iudicialiter inuestigare. Secunda, eas bannire, hoc est, eas authoritatine à Regno, Prouincia, Ciuitate, vel patria relegare siue in perpetuum, siue ad tempus leg. Relegatus, ff. de interdictis. Tertia, capere seu apprehendere eas, vinculis illigare, vel in aliquo loco inclusas detinere, vt inde libere nequeant exire. Quarta, proferre sententiam siue definitiuam, siue interlocutoriā. Quinta, sententiā executioni mandare. Excipitur autem, nisi hæ actiones fiant ex speciali, & expressa licentia Pontificis, ad quā reducuntur plures casus, in quibus iure communi permittitur, Ecclesiasticas personas capi, ac iudicari. De quibus Volum. 10. cum de immunitate Ecclesiastica loquamur, sermo recurret. Ex mandato autem Ecclesiastici Iudicis potest, imo tenetur quilibet laicus suā prestare opem in processu, seu captura Clerici. Nec est opus summarie cognoscere iustitiæ causā, vt eā opem ferant, sed satis est, de iniquitate Ecclesiastici Iudicis non esse scilicet, & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

stare. Scio, in causa sanguinis, plures oppositum sentire, de quo sect. 2. Palao d. 3. pun. 20. à numer. 1.

Vigesimo denique, expeditur excommunicatio aduersum occupantes bona, aut terras Ecclesiæ Romanæ, eiusque supremam iurisdictionem vsurpantes. Personæ, aduersus quas censura fertur sunt omnes, & singuli fideles, cuiuscumque conditionis, ac qualitatis existant, qui aliquam ex prohibitis actionibus ausi fuerint perpetrare. In triplicem partem hic Canō diuiditur. Prima agit de inuadentibus, destruentibus, occupantibus, & detinentibus loca, dominia, & Iura Romanæ Ecclesiæ. In qua sunt hæ actiones prohibitiæ, Inuadere terras Ecclesiæ Romanæ, hoc est, in eas irruere, quod proprium est hostiū. Destruere, deuastare, demoliri ea loca, & terras Romanæ Ecclesiæ. Eadem occupare, seu vsurpare. Vsurpata detinere, & non restituere. Secunda agit de vsurpantibus, perturbantibus, seu vexantibus supremam Romanæ Ecclesiæ iurisdictionem. In qua hæ prohibetur actiones: supremā Pontificis, & Romanæ Ecclesiæ de facto iurisdictionem vsurpare, perturbare, retinere, & varijs modis diuexare. Supremam, inquam, iurisdictionem in temporalibus: nam de spiritualibus satis in præcedentibus Canonibus est actum. Tertia pars agit de præstantibus auxilium, & consilium, sub qua prohibitionem includitur omne consilium, fauor, ex vi cuius aliqua ex supradictis actionibus subsequatur. Verum hæc censura non incurritur, nisi dolus, & malitia adsit, vt manifestè indicat verbum *Presumo*, quo textus vtitur. Suar. di. p. 21. sect. 2. num. 104. Filliac. tract. 1.6. nu. 62. Hugol. cap. 20. num. 3. Bonacin. d. 1. quæstion. 21. pun. 1. 3. & 21.

Certè processus Bullæ huius durat, quouique alij, authentici, & obligatorij publicentur. Absolutio vero harum censurarum Pontifici est reservata, extra mortis articulum. In quo tamen præstanda est satisfactio præmissa. Sacerdos sine legitima facultate ab his censuris absolvens ipso iure excommunicatur, eiusque absolutio est nulla. Absolutio vero generalis à Pontifice facta non comprehendit eos, qui his censuris innodantur. Reuocat Pontifex omnia priuilegia dispositioni huius Bullæ contraria. Et præcipit omnibus Patriarchis, Episcopis aliisque Ordinarijs eius publicatione. Omnes vero Ordinarij, & qui ad cōfessiones fuerint deputati transumptū huius Bullæ habere debent. Demum aduersus eos, qui huic Bullæ cōtrarie præsupserint, indignatio Dei incurreda indicitur. Ex Bullæ tenore



CAPVT VII.

De Excommunicatione lata à Iure contra Clericorum percussores.

Textum suppono cap. Si quis in. g. 4. Si quis, Snadere Diabolo, manus violentas in Clericorum vel

76
Vigesima contra occupantes bona aut terras Ecclesiæ Romanæ, eiusque supremam iurisdictionem vsurpantes.

77
Plura circa Bullam hanc indicio.

78
Textum premitto.